

כֹּה אָמַר יְהוָה וְנִשְׁקוּ וְכִילוּ לִי לְרֹב וּמִלֶּכֶה עֲלֵיהֶם

Id est: Deus misericors cor requirit, isto tempore erit Deus Sanctus benedictus & osculatus est eum, dixitque: Pastor fidelis, certe tu es Filius meus, & Schechina filiorum meorum; Vos autem angeli osculamini Filium. Surrexerunt omnes illi, & osculati sunt, & receperunt eum in Magistrum & Regem super se. De quo illustri testimonio non parum mihi gaudeo, postquam acceperam Celeber. Edzardo S.S. Theol. Lic. Esdra meo aeternum venerando. R. David Kimchi apertè fatetur majores suos hunc Psalmum de Messia exposuisse, quando

commentarium suum in Psal. II. sic claudit: וַיֵּשׁ מִפְּרָשִׁים

זֶה הַמְּזֹמֵר עַל גּוֹג וּמַגּוּג וְהַמְּשִׁיחַ הוּא מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחַ וְכֵן בִּירְשׁוֹ רַבּוֹתֵינוּ זֶה וּמְבֹאֵר זֶה הַמְּזֹמֵר עַל

Id est: Sunt qui interpretantur hunc Psalmum de Gog & Magog atque Messia, is est Rex Messias, & ita exposuerunt. Doctores nostri, p. m. Et perspicuus est Psalmus ad hunc modum. R. Sal. Jarchi etiam confidentem habemus.

Sic enim ille: רַבּוֹתֵינוּ בִּירְשׁוֹ אֵרָא הָעֵנָף עַל מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחַ אֲפִי מִשְׁמֵנוּ וּלְתִשׁוּכָה הַמִּינִים נִכְחַן לְפֹתְרוֹ

Id est: Doctores nostri exponunt hujus Psalmi sensum de Rege Messia. At prout sonat, & ut respondeatur Mineis, (Hæreticis) expedit interpretari ipsum de ipso Davide. Confer Eduard. Pocokium notis miscell. ad Portam Mosis Cap. VIII. p. 306. 307. ubi notanter suam addit ἐπίκεισιν, quare hic Psalmus de Messia à Judæis antiquis expositus, à recentioribus aliò trahatur: Periculum, inquit, Judæis est à מינים Mineis, seu Hæreticis, quos vocat Jarchi; (Novimus quos innuat, nec ab eo ita appellari pudet)

bac